



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Hebræi veteres tibatim calcearunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

operirent, cum simplex solea frustra colore tincta fuisset, quæ pedibus supposita vix habet quod in spectantium oculos incurrat.

Heins. in
Aristarcho
S. P. 744.

VIII. Hoc argumentum quantumvis speciosum, minime tamen destruit nostram opinionem. Viri maximi Danielis Heinsii pulchra est observatio, qua Nonnum castigat, qui pro eo quod Johannes dixit $\xi \epsilon \gamma \omega \xi \kappa \epsilon \iota \mu \epsilon \acute{\alpha} \xi \iota \Theta \iota \nu \alpha \lambda \upsilon \sigma \omega \tau \epsilon \iota \mu \acute{\alpha} \nu \tau \alpha \tau \epsilon \varsigma \upsilon \pi \omicron \delta \eta \mu \alpha \Theta$, habet.

$\xi \pi \omicron \delta \delta \iota \acute{\alpha} \kappa \rho \epsilon \xi$

Ἀνδρομένην παλάμην $\xi \kappa \acute{\alpha} \xi \iota \acute{\omicron} \varsigma \epsilon \iota \mu \eta \pi \epsilon \lambda \acute{\alpha} \omicron \varsigma \alpha \varsigma$

Δύσση μὲνον ἰμάντες ἰεοπνεύσιοι πεδίλα.

Culpat Nonnum ὁ πάντων, qui ἄκρον πόδα dixit, quod ad plantam aut extremitatem digitorum veteres referre solent. Sed non cogitabat, inquit, de corrigia, seu calceorum vinculo, hic agi, multo minus, etiam Judæos tibatim calceasse. Unde ὁ Doctissimus Tertullianus Mosi caligam attribuit, qui, Speculatoriam morosissimam pedibus absolvit, terræ sanctæ insistere incipiens, caligam nimirum militarem. Quam in crure lorum, seu corrigia, ambibat: quæ ad ambiendo, ut Hebræis, ita

ab

Ab hoc ipso *σπαργωρίη* dicta Helleni-
 stis. Observat vir maximus tibia-
 rim calceasse Judæos, quia habenæ
 teretes, sive corrigiæ, eousque ex-
 tendebantur, ut crus lorum am-
 baret. Hoc utique verissimum
 putamus. Apud veteres ea calcea-
 mentorum genera, quæ sandalia
 erant, sive soleæ, & corrigiis pedi
 alligabantur, licet lora ad talos
 tantum aliquando pertingerent,
 tamen ad crus sæpe pervenerunt.
 Cothurnos, qui soleæ fuerunt,
 vinclis ad crus pertingentibus reli-
 gatos fuisse, ex Sidonio optime do-
 cuit vir politissimus Albertus Ru-
 benius. Verba Sidonii sunt:

*Perpetuo stat planta solo, sed fascia
 primos*

*Sistitur ad digitos, retinacula bina
 cothurnis*

*Mittit in adversum vinclo de fornice
 pollex,*

*Quæ stringant crepidas; & concur-
 rentibus ansis*

*Vinclorum pandas nectant per crura
 catenas.*

Campagos etiam, militare calcea-
 mentum ducū atque imperatorum,
 G postea

Sidon. in
 Panegy.
 Anthenii.
 Rub. de Re
 Vest. lib. 2.
 cap. 1.